

- * Matth. 5. 42. * Et si scandalizáverit te manus tua, abscede illam: bonum est tibi débilem introire in vitam, quād duas manus habentem ire in gehennam, in ignem inextinguibilem:
 43. ubi vermis eōrum non móritur, & ignis non extínguitur.
 44. Et si pes tuus te scandalizat, amputa illum: bonum est tibi cláudum introire in vitam etérnam, quād duos pedes habentem mitti in gehennam ignis inextinguibilis:
 * Isai. 66. 45. * ubi vermis eōrum non móritur, & ignis non extínguitur.
 24. 46. Quod si óculus tuus scandalizat te, éjice eum: bonum est tibi luscum introire in regnum Dei, quād duos óculos habentem mitti in gehennam ignis:
 47. ubi vermis eōrum non móritur, & ignis non extínguitur.
 * Levit. 22. 48. * Omnis enim igne saliētur, & omnis vīctima sale saliētur.
 * Matth. 5. 49. * Bonum est sal: quod si sal infūsum fúerit: in quo illud condéritis? Habete in vobis sal, & pacem habete inter vos.
 34.

C A P U T X.

Matrimónium indissolubile. Dívites in magno salutis periculo versántur. Primi erunt novíssimi. Pasiónis iterata prædictio. Discipulorū ambítio reprimitur. Cacus illuminatur.

- Matth. 19. 1. ET indē exárgens venit in fines Iudeæ ultra Iordánem: & cónveniunt iterum turbæ ad eum: & sicut consuéverat, iterum docébat illos.
 2. Et accedéntes Pharisei interrogábant eum: Si licet viro uxórem dimittere: tentantes eum.
 3. At ille respónsens, dixit eis: Quid vobis præcépit Móyses?
 * Deut. 24. 4. Qui dixerunt: * Móyses permisit libellum repudij scribere, & dimittere.
 5. Quibus respónsens Iesus, ait: Ad duritiam cordis vestri scripsi vobis præceptum istud.
 * Genes. 1. 6. ab initio autem creaturae * másculum, & féminal fecit eos Deus.
 27. 7. Propter hoc * relinquit homo patrem suum, & matrem, & adhærēbit ad uxórem suam:
 1. Cor. 7. 8. & * erunt duo in carne una. Itaque Ephes. 5. iam non sunt duo, sed una caro.
 31. * 1. Cor. 6. 9. Quod ergo Deus conjúnxit, homo non séparet.
 16.

10. Et in domo iterum discípuli eius de eodem interrogávunt eum.
 11. Et ait illis: Quicúmque dimiserit uxórem suam, & áliam duxerit, adulterium committit super eam.
 12. Et si uxor dimiserit virum suum, & álij nupserit, mœchatur.
 13. Et offerébant illi párvulos ut tangeret illos. Discípuli autem comminabántur offeréntibus.
 14. Quos cùm vidéret Iesus, indignè tulit, & ait illis: Sinite párvulos venire ad me, & nè prohibueritis eos: tálium enim est regnum Dei.
 15. Amen dico vobis: Quisquis non recéperit regnum Dei velut párvulus, non intrábit in illud.
 16. Et compléxans eos, & impónens manus super illos, benedicébat eos.
 17. Et cùm egréssus esset in viam, procúrrens quidam genu flexo ante eum, rogábat eum: * Magíster bone, quid fáciam * Matth. 19. 16. ut vitam etérnam percípiam?
 18. Iesus autem dixit ei: Quid me dicis Luc. 18. bonum? Nemo bonus, nisi unus Deus.
 19. * Præcépta nosti: Ne adulteres, Ne occidas, Ne furēris, Ne falso testimoniū díxeris, Ne fráudem féceris: Honora patrem tuum & matrem.
 20. At ille respónsens, ait illi: Magíster, hæc ómnia observávi à iuventute mea.
 21. Iesus autem intúitus eum, diléxit eum, & dixit ei: Unum tibi deest: vade, quacumque habes vende, & da paupéribus, & habébis thefárum in célo: & veni, séquere me.
 22. Qui contristátus in verbo, ábiit mœrens: erat enim habens multas posseſſiones.
 23. Et circumspiciens Iesus, ait discípulis suis: Quād difficultè qui pecúnias habent, in regnum Dei introíbunt!
 24. Discípuli autem obſtupeſcabant in verbis eius. At Iesus rursus respónsens ait illis: Filoli, quād difficile est, confidéntes in pecúnias, in regnum Dei introire!
 25. Facilius est, camélum per forámen acūs transire, quād dívitem intrare in regnum Dei.
 26. Qui magis admirabántur, dicéntes ad semetipſos: Et quis potest salvus fieri?
 27. Et intuens illos Iesus, ait: Apud homines impossibile est, sed non apud Deum: ómnia enim possibilia sunt apud Deum.
 28. * Et cœpit ei Petrus dicens: Ecce nos dimisimus ómnia, & secuti sumus te.
 * Matth. 19. 27.
 Luc. 18. 28.
 29. Ref-

29. Respónsens Iesus, ait: Amen dico vobis: Nemo est, qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut filios, aut agros propter me, & propter Evangélium,
 30. qui non accípiat cénties tantum, nunc in témpore hoc: domos, & fratres, & sorores, & matres, & filios, & agros, cum persecutóribus, & in sǽculo futúro vitam etérnam.
 * Matth. 19. 30. 31. * Multi autem erunt primi novíssi-mi, & novíssimi primi.
 32. Erant autem in via ascendéntes Ierosolymam, & præcedébat illos Iesus, & stupébant: & sequéntes timébant. * Et afflúmens iterum duodecim, cœpit illis dicere quæ essent ei eventúra.
 * Luc. 18. 33. Quia ecce ascéndimus Ierosolymam, & Fílius hóminis tradéetur principib⁹ sa-cerdótum, & Scribis, & seniöribus, & damnábunt eum morte, & tradent eum géntibus:
 34. & illúdent ei, & cónspuent eum, & flagellábunt eum, & interficien t eum: & tertiā die resurget.
 * Matth. 20. 35. * Et accéduent ad eum Iacóbus, & Ioánnes filii Zebédæi, dicéntes: Magíster, vólumus ut quocumque petierimus, fáciás nobis.
 36. At ille dixit eis: Quid vultis ut fáciám vobis?
 37. Et dixerunt: Da nobis ut unus ad déxteram tuam, & álius ad sinistram tuam fedeámus in glória tua.
 38. Iesus autem ait eis: Nesciis quid petatis: potétis biberé cálicem, quem ego bibo: aut baptismo, quo ego baptízor, baptizári?
 39. At illi dixerunt ei: Póssumus. Iesus autem ait eis: Cálicem quidem, quem ego bibo, bibétis; & baptismo, quo ego baptízor, baptizabímini:
 40. sedére autem ad déxteram meam, vel ad sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus parátum est.
 41. Et audiéntes decem cœpérunt indignári de Iacóbo, & Ioánnē.
 * Luc. 22. 42. Iesus autem vocans eos, ait illis: * Scitis quia hi, qui vidéntur principí-pri géntibus, dominántur eis: & príncipes eórum potestátem habent ipsórum.
 25. 43. Non ita est autem in vobis, sed quicúmque volúerit fieri maior, erit vester minister:
 44. & quicúmque volúerit in vobis primus esse, erit ómnium servus.
 45. Nam & Fílius hóminis non venit ut

ministraréetur ei, sed ut ministráret, & daret ániam suam redemptióinem pro multis.

46. * Et vénient Iéricho: & proficis-cente eo de Iéricho, & discípulis eius, & plúrima multitúdine, fílius Timae Bar-timaeus cœcus, sedébat iuxta viam men-dicans.

47. Qui cùm audísset quia Iesus Na-zarénus est, cœpit clamare, & dicere: Iesu fili David, miserére mei.

48. Et comminabántur ei multi ut ta-céret. At ille multò magis clamábat: Fili David miserére mei.

49. Et stans Iesus præcēpit illum vocári. Et vocant cœcum dicéntes ei: Animæ-quor esto: surge, vocat te.

50. Qui proiecto vestímento suo exí-liens, venit ad eum.

51. Et respónsens Iesus dixit illi: Quid tibi vis fáciām? Cœcus autem dixit ei: Rabbóni, ut videam.

52. Iesus autem ait illi: Vade, fides tua te salvum fecit. Et confessum vidi-t, & sequebátur eum in via.

C A P U T X I.

Iesus ingréditur Ierosolymam. Ficus are-fáta. Ejicit vendéntes è templo. Que-rentibus quā potestāte id agat, áliā in-terrogatione siléntium imponit.

1. E T cùm appropinquárent Ierosólyma, & Bethánia ad montem olívarum, mitit duos ex discípulis suis,

1. Luc. 19. 29.

2. & ait illis: Ite in castellum, quod contra vos est, & statim introéunt illuc, inveniētis pullum ligátum, super quem nemo adhuc hóminum sedit: solvite illum, & addúcete.

3. Et si quis vobis dixerit: Quid fáciis? dícite, quia Dómino necessárius est: & contínuo illum dimittet huc.

4. Et abeúntes invenérunt pullum ligátum ante iánuam foris in bivio: & fol-vunt eum.

5. Et quidam de illic stántibus dicébant illis: Quid fáciis solventes pullum?

6. Qui dixerunt eis sicut præcéperat illis Iesus, & dimisérunt eis.

7. * Et duxérunt pullum ad Iesum: & * Ioan. 12. impónunt illi vestimenta sua, & sedit su-per eum.

8. Multi autem vestimenta sua stravé-runt in via: álii autem frondes cædabant de arbórib⁹, & sternébant in via.

8. Qqqq 3 9. Et

9. Et qui præbant, & qui sequebantur
* Psalm. clamabant, dicentes: * Hosanna:
117. 26. 10. Benedictus, qui venit in nomine
Matth. 21. Domini: benedictum quod venit regnum
9. patris nostri David: Hosanna in excelsis.
Luc. 19. 38. * Et introiit Ierosolymam in tem-
plum: & circumspexit omnibus, cum
21. 10. iam vespéra esset hora, exiit in Bethá-
niam cum duodecim.
12. Et alia die cum exirent à Bethaniam,
esuriri.
* Matth. 13. * Cumque vidisset à longe sicum
21. 19. habentem folia, venit si quid forte inven-
niret in ea, & cum venisset ad eam, nihil
invenerit prater folia: non enim erat tem-
pus sicorum.
14. Et respondens dixit ei: Iam non
amplius in eternum ex te fructum quis-
quam manducet. Et audiabant discipuli
eius.
15. Et venient Ierosolymam. Et cum
introiisset in templum, cœperit ejicere ven-
dentes, & ementes in templo: & mensas
numulariorum, & cathedras vendentium
columbas evérit.
16. & non sinebat ut quisquam trans-
ferreret vas per templum:
17. & docébat, dicens eis: Nonne scri-
ptum est: * Quia domus mea, domus ora-
tionis vocabitur omnibus gentibus? Vos
autem fecistis eam speluncam latronum.
18. Quid audito principes sacerdotum,
& Scribae querébant quomodo eum pér-
derent: timébant enim eum, quoniā
universa turba admirabatur super doctrinā
eius.
19. Et cum vespéra facta esset, egre-
diebatur de civitate.
20. Et cum manū transirent, vidérunt
sicum áridam factam à radicibus.
21. Et recordatus Petrus, dixit ei:
Rabbi, ecce ficus, cui maledixisti, áruit.
22. Et respondens Iesus ait illis: * Ha-
bete fidem Dei.
23. amen dico vobis, quia quicunque
dixerit huic monti: Tóllere, & mittere
in mare, & non hæsitaverit in corde suo,
sed crediderit, quia quodcumque dixerit,
fiat, fiet ei.
* Matth. 7. 24. * Propterea dico vobis, omnia quæ-
7. & 21. cùmque orantes pétitis, crèdite quia acci-
22. piétis, & evénient vobis.
Luc. 11. 9. 25. * Et cum stábitis ad orandum, di-
* Matth. 6. mitte si quid habéatis adversus aliquem:
14. & 18. ut & Pater vester qui in cælis est, dimittat
35. vobis peccata vestra.
26. Quod si vos non dimiseritis: nec

Pater vester: qui in cælis est, dimittet
vobis peccata vestra.
27. Et vénient rursus Ierosolymam. Et
cum ambularet in templo, accédunt ad
eum summi sacerdotes, & Scribae, &
seniores:
28. & dicunt ei: * In qua potestate haec
facis? & quis dedit tibi hanc potestatē
ut ista facias?
29. Iesus autem respondens, ait illis:
Interrogabo vos & ego unum verbum, &
respondete mihi: & dicam vobis in qua
potestate haec faciam.
30. Baptismus Ioannis, de cælo erat, an
ex hominibus? Respondete mihi.
31. At illi cogitabant secum, dicentes:
Si dixerimus, De cælo, dicet, Quare
ergo non credidistis ei?
32. Si dixerimus, Ex hominibus, ti-
mēmus populum. omnes enim habébant
Ioannem quia verè propheta esset.
33. Et respondentes dicunt Iesu: Ne-
scimus. Et respondens Iesus ait illis: Ne-
que ego dico vobis in qua potestate haec
faciam.

CAPUT XII.

Vineae agricolis locata. Casi servi. Red-
denda quæ sunt Cæsar's Cæsari, quæ
sunt Dei, Deo. Messias quomodo filius
est David. Resurrectio.

1. ET cœperit illis in parabolis loqui:
Isa. 5. 1. Vineam pastinavit homo, & cir-
Ier. 2. 21. cùm dedit sepem, & fodit lacum, & adi-
Matth. 21. ficavit turrim, & locavit eam agricolis,
33. Luc. 20. 9. & peregrine profectus est.
2. Et misit ad agricolas in tempore ser-
vum ut ab agricolis acciperet de fructu
vineæ.
3. Qui apprehensum eum cecidérunt,
& dimisérunt vacuum.
4. Et iterum misit ad illos alium ser-
vum: & illum in capite vulneravérunt,
& contumelias affecérunt.
5. Et rursus alium misit, & illum occi-
derunt: & plures alios: quosdam cœdentes,
alios verè occidentes.
6. Adhuc ergo unum habens filium
charissimum: & illum misit ad eos novissi-
mum, dicens: Quia reverebuntur filium
meum.
7. Coloni autem dixerunt ad invicem:
Hic est heres: venite, occidamus eum:
& nostra erit hereditas.
8. Et apprehendentes eum, occidérunt:
& eiecérunt extra vineam.
9. Quid ergo faciet Dominus vineæ?

V-

Véniet, & perdet colónos: & dabit ví-
neam alii.

* Psalm. 117. 22. 10. Nec scripturam hanc legistis: * Lá-
Isaie. 28. pidem, quem reprobaverunt aedificantes,
16. hic factus est in caput anguli:
Math. 21. 42. 11. A Dómino factum est istud, & est
Aet. 4. 11. mirabile in oculis nostris?
Rom. 9. 33. 12. Et querébant eum tenere: & timue-
1. Petr. 2. runt turbam. cognovérunt enim quoniā
7. ad eos parabolam hanc dixerit. Et
relicto eo abiérunt.

* Matth. 22. 15. 13. * Et mittunt ad eum quosdam ex
Luc. 20. Pharisæis, & Herodianis, ut eum caperent
in verbo.

14. Qui venientes dicunt ei: Magister,
scimus quia verax es, & non curas quem-
quam: nec enim vides in faciem homi-
num, sed in veritate viam Dei doces,
licet dari tributum Cæsari, an non dā-
bimus?

15. Qui sciens versutiam illorum, ait
illis: Quid me tentatis? afferte mihi de-
narium ut videam.

16. At illi attulérunt ei. Et ait illis:
Cuius est imago haec, & inscriptio? Di-
cunt ei: Cæsarius.

* Rom. 13. 7. 17. Respondens autem Iesus dixit illis:
* Réddite igitur quæ sunt Cæsaris, Cæ-
sari: & quæ sunt Dei, Deo. Et mirabán-
tur super eo.

* Matth. 22. 23. 18. * Et venerunt ad eum Sadducæi,
Luc. 20. qui dicunt resurrectionem non esse: &
27. interrogabant eum dicentes:

19. Magister, Móyses nobis scriptis,
* Deut. 25. ut si cuius frater mortuus fuerit, & dimi-
serit uxorem, & filios non reliquerit, ac-
cipiat frater eius uxorem ipsius, & resuf-
cit semen fratri suo.

20. Septem ergo fratres erant: & pri-
mus accépit uxorem, & mortuus est non
reliquo semine.

21. Et secundus accépit eam, & mortuus est: & nec iste reliquit semen. Et tertius similiter.

22. Et accepérunt eam similiter septem:
& non reliquerunt semen. Novissima omni-
um defuncta est & mulier.

23. In resurrectione ergo cum resurré-
xerint, cuius de his erit uxor? septem
enim habuerunt eam uxorem.

24. Et respondens Iesus, ait illis: Non-
ne idem erratis, non scientes scripturas,
neque virtutem Dei?

25. Cum enim à mortuis resurréixerint,
neque nubent, neque nubentur, sed sunt
sicut angeli in cælis.

26. De mortuis autem quod resurgant,

non legistis in libro Móysi, super rubum
quomodo dixerit illi Deus, inquietus:

* Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, * Exod. 3.
& Deus Iacob? 6.

27. Non est Deus mortuorum, sed vi-
vorum. Vos ergo multum erratis. Matth. 22. 32.

28. * Et accésit unus de Scribis, qui * Matth.
audierat illos conquerentes, & videns quoniā
niam benè illis responderit, interrogavit
eum quod esset primum omnium man-
datum.

29. Iesus autem respondit ei: Quia pri-
mum omnium mandatum est: * Audi Is- * Dent. 6.
raél, Dóminus Deus tuus, Deus unus est: 4.

30. & diliges Dóminum Deum tuum ex
toto corde tuo, & ex tota anima tua, &
ex tota mente tua, & ex tota virtute tua.
Hoc est primum mandatum.

31. * Secundum autem simile est illi: * Lev. 19.
Diligies próximum tuum tamquam te ipsum. 18.
Maius horum aliud mandatum non est. Matth. 22. 39.

32. Et ait illi Scriba: Benè Magister, in
veritate dixisti, quia unus est Deus, & Gal. 3. 14.
non est alius præter eum. Iac. 2. 8.

33. Et ut diligatur ex toto corde, &
ex toto intellectu, & ex tota anima, &
ex tota fortitudine: & diligere próximo
tamquam seipsum, maius est omnibus ho-
locautomatibus, & sacrificiis.

34. Iesus autem videns quod sapienter
respondisset, dixit illi: Non es longe à
regno Dei. Et nemo iam audebat eum in-
terrogare.

35. Et respondens Iesus dicebat, do-
cens in templo: Quomodo dicunt Scribae
Christum filium esse David?

36. Ipse enim David dicit in Spíitu
sancto: * Dixit Dóminus Dómino meo, * Psalm.
sede à dextris meis, dñe ponam inimicos
cos tuos scabellum pedum tuorum. 109. 1.
Matth. 22. 44.

37. Ipse ergo David dicit eum Dómi-
num, & unde est filius eius? Et multa
turba eum libenter audivit.

38. Et dicebat eis in doctrina sua: * Ca-
vete à Scribis, qui volunt in stolis am-
bulare, & salutari in foro, 23. 5.
Luc. 11. 43. & 20. 46.

39. & in primis cathedris sedere in sy-
nagogis, & primos discubitus in cenis:

40. qui dévorant domos viduârum sub
obtenu prolixæ orationis: hi accipient
prolixius iudicium.

41. * Et sedens Iesus contra gazophylá-
cium, aspiciébat quomodo turba iactaret
aes in gazophylacium, & multi dives
iactabant multa.

42. Cum enim à mortuis resurréixerint,
neque nubent, neque nubentur, sed sunt
sicut angeli in cælis.

43. &